

hoc olim probe expertus est canis, qui lupo, cum quo
 exercebat inimicitias, imparem se viribus perspicuus,
 socium sibi adferre statuit, cuius ope lupo fugere
 raret, audiens igitur Asinum lupo maiorem simul
 et uocaliorem, fore idoneum commilitonem ratus,
 cum eo societatem pepigit, lupumq; ad pugnam pro-
 uocauit, uerum ut ad primum lupo congressum
 fugientem Asinum uidit, et nihil aliud quam in-
 conditum ruderare et uociferari, ipse quoq; in fugam
 se tradens Asinum quem herodem egregium arbitra-
 batur lupo et uulturibus robulum reliquit, sed
 quid de uoce disputandum, indigna est contentione,
 dorsum ergo Asini inficiamus, num quid laude
 dignum in eo inueniamus, labor, fateri enim cogor
 est magnus, sed sane sibi instructuosus, Asinus
 balnearioris ligna et carbones dorso portare solet
 ad alios dealbandos, cum ipse sudore et puluere
 opulebit, carbonumq; rigredine deformatus nunquam
 lauetur, unde alijs sudat, alijs laborat, sibi uero
 inutilis et instructuosus est, portat auenas, portat
 frumenta, portat deniq; uarias, et diuersas terrae
 fruges, sed sine fructu quia grauilicet onere
 sibi onustus, uani et inanis semper recedit,